Quomodo enim nō erit vere peccatum, cum ad hoc, vt vere peccatum esse p̄bet, adducat legē p̄hibētē cōcupiscere, & fateatur se se nō cōcupiscere nō posse, ac per hoc vere, nō defectum, sed peccato, cōtra legē facere. Nā & ip̄i met cogentur hoc peccatum dicere, quod cōtra legē fit quocunq; modo. At defectus ille: quem extenuando peccatum, sic vocant, certe cōtra legē est. Quod si hoc uno loco sic licet verbis dei abuti, vt peccatum nō peccatum dicamus, Quo modo resistemus neganti in vniuersum, omnia peccata in tota scriptura, dicenti, q̄ adulteriū, homicidiū, idolatria quoq; nō sit peccatum, sed defectus & pœna peccati? Si ergo huic resisti debet, oportet vt peccatum simpliciter, præsertim vbi legis p̄hibitio adducitur, cuius cōparatione p̄betur, accipiatur p̄ vero peccato, aut eludemus totius scripturæ autoritatem. Non est enim pœna sed culpa, qñ dicit, Cōcupiscentiā nesciebā esse peccatum, nisi lex diceret, Non cōcupisces; Ergo qui cōcupiscit (sicut oīs facit bapti- fatus) scit se, lege magistra, cōtra quam facit, vere peccare.

Et

## MAR. LVTHERI ASSERTIO.

Et mire placet, ab Apostolo adductum crassissimum genus peccati, quod in nouissimo feso, tactus, oes sentiunt. Quomodo enim persuasisset intentiones & opiniones cordis peccata esse ihs, qui non dum persuaderi voluit, concupiscientia esse peccatum, & contra crassissimum sensum experientiae & apertissimam legem sapient: Nam quem non facit reum ista lex, Diliges dominum ex toto corde tuo? Quis non propter aliqua magna scipit dicit: Verum sciebat apostolus hoc preceptum sublimius esse, quod in exercitati capere possit, ideo assumpsit quod presumpsit non posse negari ab ipsis, nimurum omnium sensu cognitum.

Videamus autem, qua ratione moueatitur, ut negetur peccatum dici, reliquam baptismi libidinem. Dicunt enim baptisi iniuriam esse, si non omnium peccatorum tribuere dicitur remissionem, sicut habet fides catholica ecclesiae & sanctum Euangelium. Si ergo remissa sunt omnia peccata, quod reliquum est, peccatum dici non debet. Respondeo, quid hic dicere possum, nisi quod urgentibus eodem verbi usus (scilicet peccatum) Pelagianis, Augustinus dixit. Scilicet peccatum argumento Pelagianis, Augustinus dixit. Scilicet peccatum remitti quo ad reatum, sed non quo ad actum, seu (ut ipsius verbis utitur) Peccatum istud reatu transit, actu manet. Sicut enim (ut idem ait) aliquid peccatum translatum actu, & manet reatum (sicut est omne actuale) ita econtra, hoc originis peccatum transit reatu & manet actu. Ecce non negat esse peccatum, nec dicit solus defectum aut poenam esse, sed peccatum actu & vere esse. Rursus dicet: At nos reatum hunc propriam vocem peccatum, non illud quod remanet. Respondeo, in ista serua & sacra non licet argutijs sophistis cauillari, qui effingunt reatum esse respectum inter deum & peccato rem, quo hic deputatur ad poenam. Iniuria est gratiae dei, si solus istudphantasticum respectum tollere doceatur, ceteri, ut scriptura loquitur, gratia dei remouet, mutet, & in novos homines transformet de die in diem, & res ista serio agatur, uon

Rōnegat.  
ut in  
libidinē ba  
ptismo refl  
quam

P& m̄ reat  
transit ac  
manet.

Gratia non  
solis respe  
ctibus me  
detur.

## ARTICVLORVM DAMNATORVN

Gratia nō solis respēctibus tollendis, sed substantia et vita mutādis: Nam ideo corpus mori et incinerari oportet, vt peccatum expurgetur. Verus est morbus et serius, qui tā seriā et potentem exigit medicinam.

P&tū nō in  
verū nō in  
putatur ad  
mortē.

Xplāisver  
ris nō no  
cer pecca  
tum.

Iust⁹ sim⁹  
nō peccat  
& tñ p&tū  
habet.

tur, non respectibus tollendis, sed substantia et vita mutādis: Nam ideo corpus mori et incinerari oportet, vt peccatum expurgetur. Verus est morbus et serius, qui tā seriā et potentem exigit medicinam.

Hæc ipsa enim grā noui testamenti et misericordia dei est, qđ quia geniti sumus verbo veritatis et renati baptis- mate, vt simus initium aliquid creaturæ eius, interim fa- uor dei nos suscipit et sustinet, non imputans ad mortem quod reliquum est peccati in nobis, licet vere peccatum sit & imputari possit, donec efficiamur perfecte noua creatu- ra: ad finem enim purgationis patris misericordia respicit propter quem inter medias peccati imunditias, statuit mi- sericorditer ignoscere, donec penitus aboleātur. Hoc apo- stolus Ro. viii. sic dicit. Nihil ergo damnationis est in ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui nō scdm carnem ambulant Non ait. Nihil peccati in eis est, cum precedente cap. pec- catum asseruisset, sed nihil damnationis, quia & si sit pec- catū in eis non nocet, dupli ci iure. Primo, quia sunt per fi- dé in Christo Iesu, quo mediatore, eis ignoscitur quicq d peccati inest. Scđo, quia non scdm carnem ambulat, id est pugnant contra peccatum vt extinguant, quo studio quia inuiti habent peccatum in se, pro non habentibus deus il- los habet, non tamen nisi gratuita misericordia, ne super- biat quis quam in oculis dei de munditia sua, sed in humi- litate suæ miseriæ seruetur. Hoc sensu. i. Iohan. v. dicit. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat, & malignus non tanget eum At omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est, vt ibidem dicit. Ita simul verum est, iustum non peccare, & tamen peccatum habere, sed malum facere. Conclu-

## MAR. LVTHERI ASSERTIO.

Concludamus ergo cū pulcherrimo verbo Aug. Peccatum, i. q. t. remittit in baptismo, nō vt nō sit, sed vt nō ipso tēt. Ecce est & remanet peccatum, sed non imputat. Quare perseverādum est in vsu scripturæ & antiquorum, & nō defectum, sed vere peccatum appellandum, libidinem, & alias passiones reliquas baptismo. Et aliud esse omnia peccata remitti, aliud omnia tolli. Baptismus omnia remittit, sed nullum penitus tollit, sed incipit tollere: id quod illos fecellit, qui remissionem intellectu omnimodā ex purgationē, ac sic defectū pro peccato accipere seipso coegerunt, ex malo intellectu in peiorē lapsi. Nā hac sententia eorū, homines insecuritatem & superbā præsumptionē ducuntur, dum peccatis ablatis sibi puri visi, omitunt studia expurgādi peccati, vt cuius consciētiā nō sunt. Quia impia opinione plurimi pereant necesse est, sed & eo peruerterūt insaniae, vt etiam libidinē ineuitabilē partum sanctorū, dū generat, quātūuis indomitā & summo inuictoq; furore cōtra legē dei cōcupiscentē, defectū vocare sint coacti. Hoc est vere nimis extenuare peccatum, dīceret atroce libidinis ipetu, eē defectū. Sed de hoc satis.

## TER TIVS.

Fomes peccati, etiam si nullum assit actuale peccatum moratur a corpore animam ab ingressu coeli.

Quamvis hanc cōclusionem s̄æpius testatus sim, nō assertam, sed disputatam, tamen iam nō dispoto, sed assertam, postquam nihil video contra eam produci a bilo aduersario. Si enim vera sunt quae p̄ximo articulo dicta sunt, fomitem esse vere peccatum, per gratiam dei veram magis ac m̄agis purgandum, & nemo possit cum peccato coelum intrare. Sicut iij. Pet. iiij. promittit, Cœlos nouos & terram nouam expectamus, in quibus iusticia habitat,

Peccatum remitti & tolli.

Nemo cum p̄dō cœlū intrare potest.

Dd      Puto

## ARTICVLORVM DAMNATORVM

Puto satis proba consequentia duci, Animam somite impedit ab ingressu coeli.

Potius viuit  
in aia.

His adde quod illi fingunt, & ego per impossibile posui; Somite esse posse sine peccato actuali, cum assidue lex membrorum captiuet & repugnet legi mentis, ut Paulus conqueritur: Res enim viua & quotidie moues est peccatum, sicut & ipsa anima in qua habitat: Nam & iusticia res est viuens & mouens, non enim quiescere potest anima, quin vel amet vel odiat ea que dei sunt. Unde fit, ut cum ipsis met concedant, actuale peccatum morari ab introitu coeli cogantur concedere, quod & fomes moretur, qui, origo viuacissima & inquietissima actualium peccatorum est. Omitto hic dicere, quod Originale peccatum, ut omnia peccata, ita & incredulitas est, at nemovnq; satis diligit, credit, expectat, quamdiu est in carne: Spiritus enim promptus est, sed caro infirma, etiam in Apostolis. Ideo fomes vere est actuale peccatum, actualis priuatio, siue defectus eius rei, quae adesse debet, & actualis positio, seu praesentia infirmitatis & aliorum affectuum, qui deesse debent, ut veredixerit sanctus Iacobus, nos esse initium creaturae dei nondum complementum, partim iusti, partim peccatores hoc uno salvi & ab impijs discreti, quod peccatum agnoscamus confitemur & expugnamus, cui illi potius obediunt.

## Q V A R T V S.

Imperfecta charitas morituri secum fert necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere poenam purgatoriij, & impedit introitum regni.

Cum de ipsis rebus & de vniuerso statu animalium sanctorum post mortem, nihil habeat scriptura sancta, sicut necde purgatorio, nihil possum adduce reperto isto articulo, quem

## M A R I L V T H E R I A S S E R T I O

quem neq; afferui. Nunc autem assero & ipsam ex præcedētibus īfero & probo. Cum enim Ioannes Apostolus vere dicat: Tímor poenam habet, & timorem non expellit nisi perfecta charitas, vt idem dicit, clarū arbitror hinc fieri, timorem esse in imperfecta charitate, quę eum expellere nequit: Hoc autē vitium charitatis (sicut Aug. appellat) quid est aliud quam fomes & residuum originalis peccati, quod hominem priuauit a recta, secura, & perfecta charitate dei. Quare verū est, imperfecta charitatem impedimento esse ad introitū regni, ppter vitiū quo imperfecta est. Et scio aduersarios nihil habere quod contradicāt, nisi suas opiniones sine vlla autoritate scripturæ.

Timor est  
in imperfe-  
cta charita-  
te.

Quis ergo iam neget, timorem istum poenā habētē, posse vere purgatoriū esse solum, cum non sit maior poēna spiritus nostri, quā fuga & pauor: nisi quis contra omnium sensum sapere velit. Et scriptura paucis locis ignē: frequētissime autem pauorem tribuit dānatis & impijs vt psal.ij. Tunc loquetur adeos in ira sua, & infurore suo conturbabit eos. Et omnes saten faciem iudicis Christi fortius torturam impios, quam ipsum magnē īfernī. Iam cum ipsimet fateant, Animas nō ab igne, sed ī igne pati, quam possunt alia poenā dare, quam fugā & horrorem: Sed secure ipsi sic opinātur de rebus, quarū nihil vñquā gustauerunt & cognouerunt, ideo prompte damnant alīc na. Ego autē nitor vel vni autoritatī Ioannis, qui timori poenā, & timore dat imperfectae charitati. Si tantū & ipsi p sua sentētia adduxerint scripturæ, paratus ero doceiri.

Timor aīe  
poena ma-  
gna.

## Q V I N T U S .

Tres esse partes poenitentiæ, Contritionem, Confessionem, Satisfactionem, non est fundatum in sacra scriptura: nec in antiquis sanctis doctoribus.

Ddij Malitiose

## ARTICVLORVM DAMNATORVM.

satisfactio  
nem Cano  
nunegauit

Maliciose hūc articulū cōgesserūt. Nō enī negauī cōtritionē & cōfessionē, sicut tamen sonat articulus, & ipsi viderī me talia docuisse volunt, sed satisfactionem negauī qualem ipsi docēt, quod mihi nō erit difficile probare. O stendāt si possunt, vbi in tota scripturavnu apex aut iota scribatur pro peccato mortalivno debere satisfieri septem annis: dīcā vbi, p differētibus peccatis. differētes poenas sta tuāt Christus & Apostoli. Nōne hæcoia sunt postea in uēta ab Episcopis: immo dent vnū ex antiquis patribus, in quo legātur quadragenē, septenāe & similia: vbi fecerit libens reuocabo.

Legimus sane multos a deo pp̄ter p̄ctiū castigatos, vt David, Mosen, Aarō, Mariā, populū Israel. & aliquos eorum, quos Xps in Euāgelio curauit. Et. j. Cor. xj. Multi infirmi inter vos & dormiūt multi. Sed hęc nō erat satisfactio quā isti docēt, scilicet remissibilē p claves. Ita & modo multos punit deus, p peccatis, quas poenas tamē Ecclesia nō potest auferre p claves. Quare verū dixi arbitriā istā satisfactionē, nec i scripturis nec patribus iueniri, inueniri aut̄ poenā irremissibilē a deo impositā. vt psalmo. lxxxvij. dicit. Visitabo invīrga iniquitates eorū, & inverberibus hoīm peccata eorum.

Arbitriā  
satisfactio,

Culpalaxa  
est satisfac-  
tio.

Dicent forte relictum arbitrio Ecclesiæ taxādam pœnam p peccatis. Respondeo, hoc iā nō est scripturas, sed ppriam sententiam afferre. Probetur. Quo loco Christus hoc arbitriū reliquerit Ecclesiæ: tibi enim nō credo. Nam vbi dicit. Quodcunq; ligaueris &c. magis ad culpā quam ad satisfactionem p̄tinet. Culpa enim ligari & solvi p̄prīe dicitur, non confessio aut satisfactione. Ita & illud Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis Alioquin dicere debuit. Quorum remiseritis satisfactiones remittuntur

## MAR. LVTHERI ASSERTIO.

remittuntur eis. Quare, diuinitus aut nulla est satisfac-  
tio, aut remitti humanitus non potest.

Hoc libens cōcesserim, quod Ecclesia mater, pio affe-  
ctu praeuitura manū dei, castigat filios suos satisfactio-  
nibus quibus dā, ne incurrit flagella dei, sicut Niniuitæ  
operibus suis spontaneis praeuererunt iudicium dei. Hæc  
poena quidē est arbitria nō in totū vt illi volunt, sed ta-  
men necessaria. At nostri indulgentiarī etiā cōtra Ecclē-  
siam asserūt remitti penitus omnem satisfactionē, etiā  
a iusticia diuina requisitam, quod est erroneū & impiū.  
Nam aut nos aut homines aut deus punit peccata, quod  
illi per indulgētias tollunt omnino. Cōtra hanc eorū fi-  
ctam & falsam satisfactionem, quam & solam habent,  
ego pugnaui, quam ideo solum finixerūt, vt lucra sua au-  
gerent, & homines exhauirarent, fallerent ac perderent,  
cū si essent pij pastores, potius imponerēt poenas, & Ec-  
clesiae exemplo praeuerirent deū, sicut Moses eum præ-  
uenit occidēdo filios Israel, propter peccatū vituli aurei.  
Optimū autē fuerit, si nos ipsos puniremus, hoc autē fa-  
cimus, quando ex toto corde vitā totā mutamus, hac em̄  
poenitētia & satisfactione deus cōtentus est, quantū pro-  
bant scripturæ sanctæ, & præsestim Ioānes Baptista Lu-  
ce. iij. Sic. j. Cor. xj. Si nos ipsos iudicauerimus, non vtiq;  
iudicaremur a dño, cū autē iudicamur a dño, corripimur,  
vt nō cum hoc mūdo damnemur. Ecce poena & corrēptio  
pros⁹ s⁹ irremissibilis, quæ a deo imponitur & exigitur.

Vehementer autem odi & sublatum vellem hoc voca-  
bulum satisfactio, quod non modo in scripturis non inue-  
nitur, sed & piculo sum habet sensum, quasi deo quis q;  
possit p villo peccato satisfacere, cum gratis ille agnoscat  
omnia. Deinde occasio fuit, vt e salutari poenitētia reme-

Indulgen-  
tiarū oia re  
mittunt.

imponēdē  
sunt poenē  
potius quā  
indulgētiae.

satisfactio  
nouum vo  
cabulum

# A RTICVLORVM DAMNATORVN

Nota

Disciplina  
dñi irremi-  
sibilis abho-  
mine.

dio, nundinas faceret. Velle magis ut disciplina, castiga-  
tio, visita, correptio, aut alio quopiam scripture sancte  
vocabulo nominaretur, quo significar etur non esse remis-  
sibile, sicut reuera remissibilis non est, disciplinam domini,  
multo minus redibilis & cauponabilis aliquando credere  
tur, sicut hodie videmus fieri, conficta ista noua satisfactio-  
ne, qua plenarie remitti: cum talis (ut dixi) esse non possit,  
nedum poenitentiae tertia pars censeri debeat. Vnde in ser-  
mone meo vernaculo insigniter adieci, non esse istas tres  
partes poenitentiae, ut ipsi morem habet de eis loqui, sem-  
per enim volui exceptam disciplinam domini, quam esse  
negauit abullo remissibilem, sed tantum imponibilem,  
ideo aliam necessario fore & nusquam descriptam, quam  
illi satisfactionem docent, tota in manu Papae positam,  
etiam inuita iusticia diuina.

## SEXTVS.

Contritio, quae paratur per discussionem, collectio-  
nem & detestationem peccatorum, qua quis recogitat an-  
nos suos in amaritudinæ animæ suæ, ponderando pecca-  
torum grauitatem, multitudinem, foeditatem, amissio-  
nem æternæ beatitudinis & acquisitionem æternæ dam-  
nationis: Hæc contritio facit hypocritam, immo magis pec-  
catorem.

Quamvis hanc conclusionem etiam Cassianus doce-  
at, & sensus communis omnium ita in se experiat, ut su-  
perfluum sit probari eam, tamen ut obstruatur os loquè-  
tum iniqua, scripturas dei consulamus.

Primum hoc nemo negabit, Contritionem quantum  
libet magnam: nisi fiat amore iusticie. & (ut ipsimet dicunt)  
in charitate dei, non est vera, sed simulata: Omnia  
enim

In charita-  
te dei fiat  
contritio  
vera.

M A R . L V T H E R I A S S E R T I O .

enim quæ extra charitatē sūt, nihil nīl vanā & falsā sunt.  
(vt. j. Corinth. xiiij. docet Paulus) quia non fiunt ex toto  
corde, quod autem ex corde nō fit, iam hypocrisis est. Si  
cūt dicit Christus Matthei. xv. Cor eorum lōge est a me  
At contritio per peccatorum collectionem parata, sine a-  
more dei & iusticiæ, hoc est, sine corde conterit, de hac em  
locutus sum, quare necessario sequitur, vt faciat hypocri-  
tam, qui nec volē ter nec amanter conterit in corde suo  
Ego enim hypocritam aliter diffinire nō possum, quam  
eum qui id quod facit, non ex animo & sincero corde fa-  
cit. Animū autem talem & cor, non dat natura, nec col-  
lectio peccatorum, sed sola charitas spiritus.

hypocrisis

hypocrita  
diffinitio,

Quod si dixerint se loqui de cōtritione in charitate fa-  
cta, iam articulus nihil ad me. Non enim vnquam sic do-  
cui, immo quia vt meum damnat, de contritione natura-  
li & impia exta fidem, loqui eos oportet, quam esse hy-  
pocrisim, sat̄ iam ex dictis constare puto. Aut opinantur  
hic forte, medium & naturalem suam Theologiam, q̄ il-  
la collectio licet extra charitatem facta sit, non tamen sit  
facta, quia præparat ad gratiam proxime, dum facit homo  
quod est in se. Verum, de ista impietate inferius suo loco  
Ego enim peccatum affero quicquid ante gratiā fit in ho-  
mine, tantum abest vt præparet ad gratiam.

P̄t̄m ē qc  
qd fit' i ho  
mine ante  
gratiā.

Secundo, de altera parte, quod ea contritio faciat magis  
peccatorem, latius dicendum, quo & prior pars maxime  
nītitur. Hic Apostolū inuoco, qui dicit Ro. v. per legem  
abundare peccatū, & Gal. iiij. Per legem augeri transgres-  
siones. Et. j. Corinth. xv. Virtus peccati, lex. Q uibusver-  
bis prorsus naturalē illam Theologiā euacuat, quæ inter  
odium & gratificātem amore, medium singit naturalē  
amorem

Cōtra ven  
tralem the  
ologiam

## ARTICVLORVM D AMNATORVM.

Natura au-  
get p&tñ.

Nagis legē  
audit quā  
p&tñ.

Error ma-  
nifesto sco-  
last corum

amorem legis, qui contritionem istam paret. Si enim hic amor stat & per ipsum non augetur peccatum, mēdax est Paulus, qui generali sententia dicit, legem esse auctricem & virtutē p̄cti, ita, ut e solo Christo p̄deat victoria eius. Ergo faciat quicquid potest natura ante gratiā, auget peccatum, quia nō potest nō odiſſe legē: At hoc odiū est peccatum, immo augmētū peccati, cū nō solū peccet cōtra legē, sed odiat nō licere peccare, prohibe te, scilicet, lege: Ita fit, ut irritāte lege, & concupiſcentia & peccatum magis placeat, & lex magis ac magis displiceat, cū ergo collectio peccatorū extra gratiā, nō nīſi legē sibi præſtituat, ad quam peccata sua confert, impossibile est licet metu poene vel ſpe premij fortiter cōtra simulet) ut nō magis odiat legē quā peccata, & magis diligat peccata quam iusticiā legis.

Et quid faciat impius extra gratiā, cum superius articulo primo docuerimus, quāto sudore iusti & sancti viri condelectentur legi dei, & resistant legi membrorum repugnanti & captiuanti: si illi coguntur, non modo odiſſe, sed & repugnare legi dei & captiuari, quid facient impij, in quibus iſta pugna spiritus nondum est: Quid faciat caro vbi spiritus non est: præſente spiritu pugnat contra legem dei, & tu dicis, q̄ absente spiritu pugnat pro lege dei. Caro concupiſcit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: & tu decebis solam carnem, nullo repugnante spiritu facturā pro spiritu, Quid potest insanius dici & fini: Malae cupiditati tribuitur, ut faciat opus contra quod ipsa eadem summis viribus pugnat, dum præſens est bona cupiditas. Credo hæc factura fidem, per legem nō nīſi augeri peccatum, id est, odio haberi iusticiā, & amari peccatum, idq; toto p̄dere & summis viribus, vbi natura ſola fuerit extra gratiam, cum in gratia summis viribus p̄net cō-

# M A R . L V T H E R I A S S E R T I O

gnet contra legem: Simul credo pateat, nō modo hypocri-  
tā, sed & magis peccatorem fieri, collectorem illū contri-  
tionis ex peccatorum & legis intuitu.

Quin eat quis q̄ i cor suū, & nō métiatur sibi ī pi, res  
p̄deat q̄ mihi, An nō cor suū ita iueniat, vt mallet nullā  
legē esse: an nō odiat poenā peccatorū ēe: an nō s̄etiat sibi  
placere voluptatē, gloriā, opes, sciētias: &c Quis ē q̄ his  
nō afficiatur? At affectus nōne vellet non esse prohibita?  
Quod si quis simulet se nō multum ista curare, fateatur  
saltē ex parte illis affici. Si nō fatetur, non credo ei p̄s  
cū oēs sancti id querātur de seipsis, & has repugnantes le-  
ges mēbrorū assidue accusent. Q uidergo, cōtra p̄prium  
sensum & vitalē pulsū expientię, fingimus amore natu-  
ralē legis, & odīū peccati, quo p̄paret hō ad grām, cū ista  
sint nō in corde nata, sed natātia sicut spuma & p̄ vim ex-  
torta, sub q̄bus alitur eo foedius & maius odīū legis, quo  
fortius simulačr̄ odīū peccati. Horū certe īpiorū est illa  
violēta cōsciētia, quā Paul⁹ cauterisatā vocat, ad T̄imot. j.

Vnde ergo sentio & doceo perniciosum esse genus do-  
cendi, quo, intuitu poenarū, premiorum, peccatorū, docē-  
tur poenitere. His enim doctrinis coercentur quidē ab ope-  
re, & cauterisatā violētamq; formant sibi conscientiā seu  
bonum p̄positū, & maiore malo occultū illū affectum cō-  
temptē legis & amatī peccati, nunq̄ itelligunt, nec obser-  
uant, immo ijs studijs occultant, contenti satisfecisse istis  
īpijs dogmatibus operum, quibus tamen si libere loqui  
concedas, statim dicent, se non ex animo poenitere, & nisi  
lex infernus q; esset, toto īpetu malle explere mala sua,  
presertim tētati. Quādo ergo rectius sane docerent, istū  
affectum capitalē, pessimum, occultum, agnoscere, & do-  
nec ab amore legis inciperēt poenitere, se se hypocritas, e s

Experiētia  
piorū atte-  
natur.

Cauterisa-  
ta cōsciētia

Nota.

Ee se sc̄i-

## ARTICVLORVM D AMNATORVM

se scirent, & nihil de hypocrisi tali pr̄sumerēt, immo su  
per ea magis q̄ super peccatis, quorum iutuū fictum istū  
dolorem coegerunt, dolerent.

Indurari se  
cū vrgēan  
tur ad poe  
nitētiā quā  
pij.

Poenitētia  
quō docēn  
da.

Notatu dī  
gnūm.

Prouerbia  
hominū ve  
tissima.

Admitto sane, crassos illos & induratos impios, qui nō  
dum cōsciētias habēt, terroribus illis, sicut seruos idomē  
tos, vrgēti ad poenitētiā, sicut Magistratus gladio coeret  
sceleratos. Sed vbi conscientię sunt, ibi certe instituendae  
sunt, vt a Xpo primū incipiāt, & in misericordiā eius cre  
dētesvitā mutent. Tum eī primū poenitētiā vera incipit  
qñ ex amore fluīt, sicut & ipsi dicunt. Tunc nō amore cō  
modi, nec timore poenæ, sed affectu solius iusticiæ p̄ctā  
colligēt & pōderabunt, vt hēc fusius in sermone de poenitētia  
dixi. Qñ eī de poenitētia docemus, eā docere debe  
mus, qua fīat Christiani ex corde poenitentes, quod non  
facimus nisi fidem doceamus oīm primo eos qui p̄ctā sua  
sentiunt, ne prēuenta stulta operē & opinione incipiāt salu  
tem a seip̄is operātibus & currentibus, & nō a miserēte  
deo. Aliud enim est genus docēdi induratos illos, ferreas  
ceruices & æreas frontes, ab externis saltē peccatis coer  
cere, etiam si corde inuitō, & coerceri odiente, peiores in  
semetip̄is fiant, minus tamen nocebunt alijs.

## S E P T I M V S.

Verissimum est enim prouerbium, & omni doctrina de  
Contritionibus hucusq; data, pr̄statiūs, quo dicit. Opti  
ma poenitentia noua vita.

In omnibus hoīm verbis, nihil verius est cōibus pro  
uerbijs, adeo vt & scriptura sancta s̄epius prouerbia tanq̄  
verissima citet. Quocirca mirū q̄ d illis acciderit, vt contra  
omnium sensum & sententiā audeat damnare, & mea nō  
sit ista sententia, vnde & defendendā eam relinquo oībus  
Ego autem defendo quod addidi, quo ostendi, id prouer  
bij

## MAR. LVTHERI ASSERTIO.

bij cum scriptura conuenire, vbi Paulus Gala. vij. dicit, In Christo enim Iesu neq; circucisio, neq; præputiu aliquid valet, sed noua creatura. Hanc sententiā debuerat damnare, quo stabiliui puerium, dum me voluerunt damnare. Plane enim hic apostolus docet, omnia vana esse, nisi simus noua creatura in Christo: At poenitentia, q̄ sine amore iusticiæ agitur, vetus adhuc est creatura, nō plus valēs q̄ circucisio aut præputiu. Nā & Paulus cum cōuertetur luce subita circūfusus, eodem momento charitate induitus est, dices, Domine quid me vis facere? Hæc verba nō dicit poenitentia seruilis, quæ potius horret, & fugit a facie domini, sicut Iudas Scarioth. Charitas sola dicit, Domine quid me vis facere?

Sī ergo certus, simul dum homo cōteritur, simul, et gratia infunditur, & in medio terrore diligenter iusticiam si vere poenitet, sī autē nō simul diligit, non vere poenitet. Probaui enim saepius infusionē gratiae fieri cum magna animi concussione, Sicut beata virgo ad ingressum angelī turbata est, & hac ipsa turbatione ad summū amorē virginitatis impulsā est. Neq; enim vehementius ynq̄ amauit virginitatem, q̄ hachora, in qua viri personā solitaria intuens, metuit violentiā castitatis. Ita peccator dum virtute dei compungit & visita p̄ gratiā, vehementer cōcutitur, atq; hac ipsa concussiōe ad odium peccati & amorē iusticiæ rapitur. At qui suavel legis solius virtute poenitet, cōcutiū quidē sed fingit odium peccati, quia stat sententia, Virtus peccati, lex. Nollet enim sic cōcuti, multo magis iij fingūt, qui sine cōmotione solis cogitationibus frigidis peccata recogitat.

## OCTAVVS,

Nullo modo præsumas confiteri venialia peccata, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia

Ee ij mortalia

Contritio  
quid.

Et infusio-  
ne gratiæ  
cōcutitur a  
nimus.

## ARTICULORVM DAMNATORVM

mortalia cognoscas, vnde in primitiva Ecclesia solū manū  
feste mortalia confitebantur.

de venialiū  
cōfessione.

Velim doceri, quibus ratiōibus aut causis ista sint fal-  
sa & dānanda, ego cogitare non possum, cur falsa esse arbitri-  
trentur. Dic mihi, vbi est praeceptum de venialibus confi-  
tendis sacerdoti? Nonne ipsi metu dicunt oēs vnamimēter,  
Venialianō p̄tinere ad confessionē? Cur ergo sua p̄pria  
dānat ppter me? Deinde cū fere peccemus sine intermis-  
sione venialiter, quis erit finis & modus cōfitendi? An il-  
lud e Decretis adducet. c. Oīs vtriusq; sexus. vbi p̄cipit  
cunctis fidelibus, vt semel in anno oīm suorū peccatorū  
faciant confessionē? At quis p̄ oīa peccata etiā venialia  
intelligit? Aut quo iure? qua scripturæ autoritate Papa p̄  
cipere potest, venialia ad confessionē p̄tinere? Vide er-  
go mirabiles dānatores: de sola voluntate sua p̄fsumētes  
omniū omnibus, etiā suis ipsorum sententijs cōtradicere.

de cōfessio-  
ne mortali-  
um.

Nō iustifi-  
cari morta-  
le est.

Iam impossibile esse, vt oīa mortalia cognoscas, euide-  
tissimū est ex psal. xvij. Delicta quis intelligit: ab occul-  
tis meis mūda me. Cur hūc p̄phetā non dānant ex cuius  
ore mea verba fluunt & p̄dēt: q; & psal. septiō titulū fe-  
cit, p̄ ignorantias ua, in quo nō nisi p̄ occulto & ignorato-  
sibi peccato p̄cat. Idē rursus psal. cxlij. Nō intres in iudi-  
ciū cū seruo tuo, quia nō iustificabi in cōspectu tuo oīs  
viuens. Nec potest hic dici, delicta occulta esse venialia,  
cū nō iustificari hoc ipsum sit mortale & dānabile. Si er-  
go sancti habent mortalia peccata, quē ignorant, ppter q̄  
dānarent, nisi humili & generali cōfessione p̄uerirēt mi-  
sericordiā dei ignoscentē, qd nos audemus tribuere i p̄ijs  
p̄onitentibus ante gratiam, vt omnia possint cognoscere?

O cæcitas deploranda. Nonne Christus p̄dixit impi-  
os adeo cæcos esse, vt etiam occidendo apostolos arbitren-  
tur

M A R. LVTHERI ASSERTIO.

tur sese obsequium præstare deo! Et quomodo ijs peccata sua mortalia cognoscant? Quomodo Paulus ea cognovit spiras cædis & minarum, cum tamen omnia faceret, quæ nosset & posset, adeo ut sine querela sese conuersatum testet in iudaismo? Quasi vero etiā nunc non videamus quos dā impēfissime bonis intēdere vītē studijs, & tamē grauissime errare, & (sicut Paulus de Iudæis dicit) Zelū dei habent, sectādo iusticiā, & tamē iustitiā nō perueniē do. Væ nobis, qui nobis de luce placemus, & has tenebras lucē appellamus, & homines securos facimus exticto dei timore. Sancti gratia illuminati ignorare sese cōfidentur delicta sua, & nos horū sciētiā tribuimus ijsq; sc̄ti nō sūt & ante gratiā pœnitēt, seu potius pœnitentiā singunt.

studiosi bo  
norū errāt  
etiā & pec  
cāt.

Fuisse autē in primitiua Ecclesia solū manifeste mortalia confessionibus tractata, satis probant Epistolæ Pauli, patrū scripta, & historiæ, quas si Bulla tam impudēter damnare audet, suo Genio digna facit. Ego de his mortali bus locutus sum, quæ aut alijs: aut sibi manifesta sunt, vt satis in propositionibus & dictis meis patet, Bulla autem insidiose loquitur, ac si de solis publicis, omnium sensu cognitis, fuerim locutus.

NONVS.

Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiæ dei nihil volumus relinquare ignoscendum.

Sed eant, quæ so, bullares isti pœnitentes, & omnia pure cōfiteātur, nihilq; relinquat ignoscēdū diuinæ misericordiæ, & respondeat mihi, quādo sint pacē cōsciētię habituri, & qua via iudiciū dei sint euasuri: faciatq; David mendacē, ubi dicit. Non intres in iudiciū cum seruo tuo.

Ee iij      Et

Confiteri  
omnia im-  
possibile.

## ARTICVLORVM DAMNATORVM.

Et iterū, Delicta quis intelligit? Currāt ipsi in iudicium & intelligent omnia sua delicta, vt soli sint veraces, nos libeter cum Dauid mēdaces illis erimus, & non posse pure oia intelligere, nec confiteri delicta constāter afferemus, vt reliqua soli misericordiae ignoscēda relinquamus, dicētes: Ab occultis meis mundame dñe. Igitur hic articulus euidenter seq̄ uīt ex praecedēti, & verbo Dauid, Delicta quis intelligit? ideo nihil mouet, quicquid ipia ista Bulla dānat de suo p̄prio cerebro: Ista est em carnificina cruentissima, qua hactenus tot miserias cōsciētias torserūt, oīm & singulōrē p̄ctōrē discussionibus & confessionibus, cū p̄ se non habeant ne iota quidē vlliū scripturā, tyrānide p̄ p̄ia hæc onera importabilia hominib⁹ imponentes.

## DECIMVS.

Peccata non sunt vlli remissa, nisi remittente sacerdo te credit sibi remitti, immo peccatū maneret, nisi remissum crederet, Non enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

Ex istius articuli dānatione sequit̄ Prio, q̄ confessus nō debet credere, se se absolui, aut remitti sibi p̄ctū, ac p̄ hoc licebit i faciē sacerdotis dicere absoluētis, Tu mē tiris, nō absoluor a te, nec remittunt̄ mihi peccata. Scđo, q̄ Christus sit mētitus, vbi dixit, Quodcūq; solueris solutū est, immo Christus hoc verbo hæreticus est, qui ia hæc Bulla inclyta mādat, ne quis credit se se absolutū esse, dū absoluitur in virtute verborū Christi. O furor iauditus.

Ego aut̄ mea sic p̄bauī, Qz Christus Mariā Magdalēna absoluīt p̄p̄ fidē, sicut dicit, Fides tua te saluā fecit, vade in pace, Et ad paralyticū anteq; eū absoluēret, dixit:

Confide

## MAR.LVTHERI ASSERTIO.

Confide fili, remittuntur tibi p̄ctā tua. Ita cum in omni  
absolutione peccatoris p̄feratur sententia diuina, neces-  
sario requiritur fides, quę credat huic sententię, sine qua  
frustranea est absolución, & tota poenitentia. Presens autē  
fides sola satis est ad iusticiam & pacem cordis, sicut enim  
credimus, sic fiet nobis. Corde aut̄ creditur ad iusticiam,  
Roma. decimo. Nec fingere potuisse, nedum credere,  
draconem infernalem tantæ impudentiæ esse in Ecclesia  
dei, ut haec auderet sonare,

Fides ne-  
cessaria.

## V N D E C I M V S.

Nullo modo confidas te absolui propter tuam contri-  
tionem, sed propter verbum Christi, Quodcunq; solue-  
ris. Hic inquam confide, si sacerdotis obtinueris absolu-  
tionem, & crede fortiter te absolutum, & absolutus eris,  
quicquid sit de contritione.

Vide queso, ut hic nos Bulla doceat sup arenā ædifica-  
re & abiecta fide, sup cōtritionē opus hois plusq; sup ver-  
bū dei cōfidere. Fluit aut̄ hic articulus ex p̄cedēte. Q uia  
verbū Christi, Quodcūq; solueris, fidē exigit poenitentis  
ut satis claret, cū sit verbū p̄missiōis, ideo sine fide ip̄lerī  
nō p̄t. Et satis dictū est art. j. q̄ sola fides justificet & tol-  
lat p̄ctā, sicut Act. xv. dicit Petrus: Fide purificans corda  
eorū. & Hiere. v. Dñe oculi tui respiciūt fidē. Iam & psal.  
xxiiij. docet, nō ppter ullum opus n̄m, nedū ppter cōtri-  
tionē remitti p̄ctā, dicēs: Propter nomen tuū dñe p̄pitia  
beris p̄ctō meo, multū est eīn. Et Rom. v. Iustificati ergo  
gratis p̄ fidē pacē habemus. Ecce gratis & sola fide iustifi-  
camur, & pacē, id est, remissionem peccatorum habemus.

Cōtritionē  
sufficit.

Quare adhuc dico, Caue caue frater xpianę: ne vnq;  
super tua cōtritione confidas, non huic, sed fidei tue pro-  
misit

## RATIC V. DAMNATO.

misit deus remissionē peccatorū. Duo em̄ sunt verba dei: alterum est prēceptum, alterum pmissio. prēceptum ope ra, pmissio fidē exigit, nec est cogitabile, quomodo pmissio impleri sine fide per opus quocunq; possit.

## D V O D E C I M V S.

Sí per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absoluere, si tamen credit se esse absolutum, verissime est absolutus.

Et hīc fluit ex prēcedentibus. Nam fides (vt dixi) exigitur in pmissionis diuinē verbo, quod, quocunq; modo audiatur, si fide suscipitur, iustificat. Et quid mirū, si ioco p latū & creditū iustificet, qñ apl's Philip. j. gaudeat & glosrietur, q verbum dei p inuidiā & contentionē prēdicatur vtiq; q credentes salui fiant pverbum, etiā ab inuidiis & accusatoribus, non nisi ad opprimēdum ipm annunciatum. Adeo tota vis sita est, nō in ministro verbi, sed in corde audentis & credentis. Verum nostri adulatores malunt remissionē peccatorū tribuere potestati ministrorum, vt i se cōfidamus, q fidei, qua in dei verbum credamus, ideo vt se nobis idola faciant, & a deo viuo auertant, damnant fidem verbi dei, & suam statuunt potestatem.

Fides nō ē  
fīne controll  
tione.

Dixi autem, per impossibile, quia satis supradictum est fidem sine contentione esse non posse, cum gratia non in fundatur nisi cum magna concusſione animæ. Volui em̄ fidei virtutem declarare, & commendare q sola faciat ad remissionem peccatorum, & iustificationem pacis. Quod dico, ne quis me putet contritionem seu turbationē illam cordis, in cognitione peccatorum suscitatam, negare. Vos lo eā, sed dico eam non operari iustificationē aut remissionē pctō. Fides enim in verbum dei iustificat & purgat.

Tertius

MAR.LVTHERI ASSERTIO

TERTIVS DECIMVS.

In sacramento poenitentiae ac remissione culpæ non plus facit Papa, Episcopus, quam ifimus sacerdos, immo vbi non est sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiam si mulier aut puer esset.

Cum ex predictis pateat, quod non potestas ministri, sed fides poenitentis remissionem peccatorum operetur velim doceri ab istis Bullensibus, quomodo plus Papa faciat quam quilibet sacerdos, cum fidem ipse æque non prestatre possit ac quilibet sacerdos, nec alio verbo absoluat, q[uod] illo: Quodcunq[ue] solueris &c. quo omnis sacerdos absoluuit. Si ergo idem verbum, eadem fides utrobiq[ue], quæ est differentia illorum? At casus reseruati hic Papæ plus tribuunt. At illi hominum statutis inuenti, non Evangelico mandato posití sunt, nec ad remissionē culpæ, sed ad remissio nem poene tantum valent, vt patet: Poenitēs enim ac credens iustus est, licet nondum satis fecerit reseruatori causum, hoc est, tyranno violento, consciētarum, qui reseruandi nullum ius vñquam habuit.

Casus reseruati papæ.

Respondeant autem, aut Papa aliud sacramentum poenitentiae habeat quam tota Ecclesia? Si idem est ubiq[ue] sacra mētū & idē ab oībus suscipitur & datur, quid præ ceteris amplius facit in eo Papa? An forte & aliud baptisma & aliam missam habet quā omnes alij Christiani? Si ergo una fides, vnum baptisma, vnum panis, vnum calix, vnum dominus in tota ecclesia, cur non vna poenitentia, vna remissio peccatorum? An hoc solum sacramētum diuersum & mortis diuersitate aliud & aliud pro locorum & personarū diuersitate haleatur? Valeant impiæ iste draconis antiqui voces,

Idem sacra mētū nobis & papæ

Quod autē absente sacerdote, etiam puer aut mulier,

Ff & qui-

## ARTICVLORVM DAMNATORVM

& quilibet Christianus absoluere potest, Mat. xviiij. clausum patet, ubi Christus omnibus Christianis dicit, Quodcumque solueritis super terram solutum erit in caelis. Hanc iniustam autoritatem non mihi subuertent. Qui enim baptizatus est, spiritum Christi habet, ubi autem spiritus Christi ibi omnium potestas & libertas.

## Q V A R T V S D E C I M V S.

Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritum nec sacerdos requirere.

Hoc ideo dixi, quia in iudicio dei haec res consistit. Dixit enim Paulus, 1 Cor. iiiij. Nihil mihi conscientia sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et x. Non qui seipsum commendat ille probatus est. Et supra dictum est: Delicta quis intelligit? Si ergo deberet homo respondere se esse contritum, cogeretur ad hoc impossibile, ut delicta sua intellegentur, & seipsum iustificaret ac probaret. Nunc autem in misericordia dei situm est, quae contritionem propter fidem acceptat, ignorans ubi non satis fuerit. Sic enim fides faciat, ut contritio, quem de se nulla est satis, nec contritio quidem, pro contritione reputetur. Non enim contritio, sed fides reputatur ad iusticiam, Ro. iiiij. At isti seductores data operavolunt nos super nostrum opus aedificare, & ad meadacium cogere. Cum enim nemo sua peccata agnoscat, quomodo potest se vere contritum assere re. Immo cum in primo articulo dictum sit, oes sanctos adhuc in carne peccare & peccato seruire, tutius fuerit cum David dicere: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, & confiteri se non esse dignus contritu aequaliter hoc ipso gemere quod resistenter sibi lege peccati in membris, contriti dignus non possit, ut ad misericordie promissionem per fidem confugiat & hanc ipsa fide impetraret, quod contritione impetrare non potest.

Igitur fidem potius exigat sacerdos, & hanc afferat postulans

Contra  
Cōteri di-  
gne nō pos-  
sumus.

Fidē sacer-  
dos exigat

## MAR. LVTHERI ASSERTIO.

nitens, dicendo: Ego credo. Fidem autem certissime sentire potest: in corde si eam habet, ut Augustinus dicit. Et Paulus. iij. Corinth. vlt. Vos metipso tentare si estis in fide, ipsi vos probate: An non cognoscitis vos metipso? quia Christus Iesus in vobis est, nisi forte reprobi sitis. Ecce

Fides est.

scriptura docet fidem sentiri, & tamen negat omnia peccata intelligi, ac per hoc fidei tutius quam contritioni intentum sit.

## QVINTVS DECIMVS.

Magnus error est eorum, qui ad sacramentum eucha  
ristiae accedunt huic innixi, quod sint confessi, quod non  
sint sibi conscientia alicuius peccati mortalis, quod praemise  
rint orationes suas & preparatoria, omnes illi iudicium si  
bi manducant & bibunt: Sed si credant & confidant se gra  
tiam ibi consecuturos, Haec sola fides facit eos puros &  
dignos,

Hic Paulus stat pro me dicens. Nihil mihi conscius sum  
sed non in hoc iustificatus sum, Ecce oia reiicit, nisi fidem  
solam, de qua dicit Ro. iiij. Iustificans eum qui est ex fide.  
Quare adhuc dico, si fidem exclusas oia quod facis deceptio  
nes sunt & peccata, Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide  
peccatum est. Cum enim in sacramento quolibet sit verbum  
promotionis ut superius diximus, necessario sequitur quod  
non opus ullum, sed fides exigitur. Quanquam verum sit fidem non  
esse posse, sine sequentibus aperibus. Verum impensis illi nos  
operibus, tu ante fidem, tum sine fide magnificatis perdere  
volunt: hos tu lupos deuita. Crede primi verbis sacramen  
ti & hac fide purificatus, tu si libet prepara ora & fac que  
voles. Oportet enim accedere ad deum credere, & sine fi  
de impossibile est placere deo, Heb. xj. Et postulet in fide  
nihil haesitans, Iacobi. j.

Fides non  
est sine opib[us]  
sequenti  
bus.

A RTICVLORVM DAMNATORVM  
DECIMVS SEXTVS.

Consultum videtur, quod Ecclesia in cōmuni Cōcilio statueret, laicos sub vtraq; specie communicādos, nec Boemis sub vtraq; spē cōicātes sunt hæretici & schismatīci.

Textus euā  
gelicus &  
